



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 45. Senatus quosdam ad Regem ablegans, Regisque responsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

lum non pauci ad pietatem moveban- Sæcul XVI.
A C 1588.
tur, plures tamen alii rem ludibrio
exceperunt, imo & Bironius Marefcal-
lus fraudem latere suspicatus Regi au-
ctor exstitit, ut omnes hosce pœniten-
tes comprehendi juberet. Verum hic
Princeps illos perbenigne excipiens, Pa-
risinis veniam indulgere promisit, dum-
modo in obsequium redirent.

§. XLV.

*Senatus quosdam ad Regem ablegans,
Regisque responsum.*

Interim Regina Mater se Guisio Duci Thuan. Es
Mem. de la
Lig. p. 395.
nimium favisse pœnitens cum adhuc
Regi Filio quamdam saltem auctorida-
tis partem sartam servare niteretur,
Achillem Harlæum primum Senatus
Præsidem clam admonebat, ut Sena-
tores nonnullos a suo ordine delegatos
ad Regem mittant, qui motum recen-
tem excusarent, & Senatum in pote-
state ejus futurum publice testarentur.

Perceptis Reginae monitis quidam
Præses, quatuor Senatores, & Joannes
Gueslæus Procurator Generalis able-
gati Carnutum contendant, qui a Rege
perbenigne excepti eidem testatum
reddebant, quod ejus discessum non-
nisi ægerrime ferrent, proin illum ro-
garent, ut Parisios reverti vellet, cum

Hist. Eccles. Tom. L. Oo omnes

Sæcul. XVI. omnes suos subditos sibi plena submis-
 sione addictos experturus esset. Ad
 A.C. 1588. hæc Rex ita respondit: „scio, vos ob
 „id, quod Lutetiæ nuper accidit, do-
 „loribus affici: insuper haud me latet,
 „quod idipsum, si in potestate vestra
 „fuisset, omni ope impedivissetis, inte-
 „rim hoc mihi eo molestius accidit, quo
 „magis omni benignitatis, & gratiæ
 „genere erga vos Parisienses usus fui,
 „vosque ipsi me semper bonum, &
 „erga vos bene affectum Principem ex-
 „perti estis: præterea haud ignoro,
 „quod in tam populosa urbe non possint
 „non & plures mali esse, quamvis
 „plerique boni existant: ceterum si vos
 „humiliaveritis, & errorem confessi eun-
 „dem agnoveritis, reos in gratiam reci-
 „pere paratus sum, & tanquam parens
 „filios, aut Rex bonus subditos, eos am-
 „plectar, quamvis adeo indigne ab eis
 „haberi, nunquam credidissem. „

Porro Vespere Rex illos rursus adesse
 iussit, eis exponens, id nunquam sibi
 consilii fuisse, ut Parisinam urbem præ-
 sidiario milite muniret: de cetero sibi
 persuasum haberent, a se minime ipso-
 rum perniciem optari, imo sibi consti-
 tutum esse, viam mansuetudinis arri-
 pere, si modo per culpæ agnitionem, &
 veram, ac sinceram poenitiæ de-
 monstrationem satisfaciant, ac demum
 ferio

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

ferio in memoriam revocent, quod non
alius se magis Catholicus Princeps,
qui magis hæresis venenum extirpatum
cupiat, toto orbe existat, prout id ex
anteacta vita sua satis populo testa-
tum esset.

Hæc gesta fuere die decima sexta
Maji: post aliquot vero dies missus a
Rege ad Senatum Claudius Dorronus
libellorum supplicum Magister, qui longa
oratione habita hanc Regis voluntatem
esse ultimam declaravit, ut tunc, si
cives ad officium redirent, præterita
omnia oblivioni traderentur, emenda-
tionis publicæ ratio iniretur, ob idque
Regni comitia ad anni exitum indice-
rentur, protestatione facta, quod ea,
quæ in iis decreta fuerint, religiose,
& inviolabiliter serventur: insuper ibi
delegitimo Regni Successore Catholico,
& e regio sanguine prognato consulte-
tur: ut vero comitia legitima forent, a
se optari, & peti declarabat, ut ante
omnia cuncti ab armis discedant, pœna
perduellionis in non obediens sancita.

§. XLVI.

*Principum, & Catholicorum fœde-
ratorum libellus supplex ad
Regem.*

Rex cum Senatus Deputatos benigne
excepisset, pariter fœderis Princi-
pes

*Thuan. l. 91.
Spond. n. 7.
Mem. t. 2.*

pag. 399.

O o 2